



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Coniuratio seu conspiratio vitiosa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## Confessori neces. 91

Sed si non in sacramentali confessione, sed secre-  
tum committendo dicas alicui, Hoc tibi dico in  
poenitentia seu sub sigillo confessionis: non propere  
obligat ibi sigillum confessionis: quoniam sigillum  
confessionis non potest inueniri sine sacramentali  
confessione: quoniam non est humanæ auctoritatis,  
sed solius diuinæ institutionis vinculum sacramenta-  
le. Et scito quod huiusmodi secreta extra sacramen-  
talem confessionem dicta sub sigillo, &c. si audiens non  
acceptat se recipere sub sigillo, non tenetur: si vero ac-  
ceptat, tenetur ex promissione sua, iuxta aliorum iu-  
ra secretorum, minus quam si iurasset tenere secretum  
quia iuramentum est maius vinculum quam pro-  
missio assimilandi sigillum confessionis.

## Sacramentum confirmationis con- temnens peccat.

Confirmationis sacramentum (quod Chrismata vocatur) negligens accipere, peccat: quia debet esse  
sibi solitus de sacramento communii omnibus Christianis ad robur fidei a Christo instituto. Non peccat  
tamen mortaliter, si desit contemptus: quia sacramen-  
tum hoc nec est necessitatis absolute, nec ex exactio-  
ne Ecclesiae.

## Coniuratio seu conspiratio vitiosa.

Coniuratio, quæ & conspiratio dicitur (qua plus  
tres fidei sibi iniucem praestita conueniunt ad malum  
aliquid patrandum, vel ad se tuendum contra  
publicam potestatem, vel ad non parendum in aliquo)  
communiter est peccatum mortale & scanda-  
losum: quia communiter est contra bonum publicum vel alicuius priuati: licet rarius hoc videatur  
accidere.

Con-

*Conscientia licet erronea, obligat.*

**C**onscientia etiam erronea obligat, intantū quod si conscientia alicuius haberet, quod spuere in Ecclesia esset peccatum mortale, & tamē contra perseuerantem talem conscientiam spueret in Ecclesia, peccaret mortaliter, quia quantum in se est, consentiret in peccatum mortale formaliter. Et similiter si conscientia distat, quod est veniale, & tamen facit, peccat venialiter: quia quantum est ex parte sui, contentit in peccatum veniale formaliter. Deponat autem huiusmodi erroneam conscientiam, ex se vel aliorum consilio: & sic libere operetur ut alii operantur.

*Contemptus in moralibus dupliciter considerandus.*

**C**ontemptus dupliciter in moralibus sumitur. Primo ut est peccatum, qua scilicet aliquis spernit proximum. Et ut est causa peccati, prout dicitur unus peccare ex contemptu, aliis ex infirmitate, aliis ex ignorantia. Et primo quidem modo si propriè & formaliter intelligatur, est peccatum mortale ex suo genere: quia est actus iniuriosus proximo, laedens, quantum in se est, notabiliter proximum. Contemnere enim proximum, importat affectum deprimentem proximum à sua aestimabilitate: opponitur siquidem contemptus proximi, aestimationi illius. Et quantum bonum est homini estimari, tantum malum ei infert, contemni. Constat autem hominem à multorum consequitione bonorum impediri ex hoc quod despiciuntur, & multum se sentire offensum quicunque sentit se despici: restantur hoc iræ, rixæ, pugnæ, scismata, bella, & innumera mala quæ homo committit ex hoc, quod despici non suffert. Quia igitur notabilis proximo irrogatur iniuria, ex hoc quod despicitur, patet quod contemptus proximi est peccatum mortale,

for: